Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37906
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv



#. 30. Dedicationes omnium Altarium magni templi nostri.

In die S: Gregorij Papæ est dedicatio Altaris Trinitatis.

Die 22. Martij Dedic.° altaris Apostolorum.

In Dominica ante Ascensionem Dñi est dedicatio Capellæ St. Georgij.

Die 7. Maij est dedicatio altaris Scti Joannis Euangelistæ. Caster.

Die 13. Maij est dedicatio Capellæ Stæ Cathazinæ virginis.

Martyræ virginis est dedicatio altaris Stæ Mariæ in Cripta.

In octaua Assumptionis est dedicatio Capellæ Scti Spiritus.

In die Ertzudis Virginis est dedicatio altarium Sctor. Stephani et Andreæ.

Dominica post festum Michaelis est dedicatio Ecclesiæ St. Petri.

Die 29. Octobris est dedicatio Capellæ Stæ Mariæ Magdalenæ.

Die 4. Nouembris est dedicatio altaris Saluatoris mundi in neo choro.

Dominica post omnium sanctorum est dedicatio capellæ S. Wolfgangi.

Die 7. Nouembris est dedicatio altaris Sancti Martini.

In die St. Thomæ Apsti est dedicatio Altaris Sctæ Crucis.

13.

#. 31. Dedicatio superioris Altaris Monasterij nostri.

(1606) Ad perpetuam rei memoriam Anno Dñi 1606. dum hoc summum Altare cum omnibus eius, qui tunc rotundus erat, à loco antiquo sex pedum spatio longius transponeretur, repertum est subtes illud in arcula lignea penitus quidem putrefacta, et lapidibus quadratis undiq; contecta, corpus, siue ossa tamen adhuc integra et incorrupta, caput videlicet, dentes maxillæ candidi, spina dorsi cum costis, tibiæ, et aliæ iunctura manuum ac pedum S. Amandi, eius nominis primi, et in ordine quarti Episcopi Vormatiensis. Quae S. Rupertus itidem Vangionum siue Vormatiensium Epus octauus, et huiusce Monasterij ac Epatus Salisburgensis fundator et pastor, circa annum Xpi 580. Vormatia in tumba portatili huc secum attulit, et in ista Ecclam deposuit, ubi usq; ad hunc annum Millesimum Sexcentesimum tredecimum (1613) cum loculo inclusa reseruantur.

Altare autem illud post demolitionem priores antiqui Altaris, à Rdo in Chto Patre ac Dño Dño Martino Coenobij huius Abbate constructum, et supra posito sculptili et deaurato opere exornatum, annuente Amo et Rmo Principe ac Dño Dño Wolfgango Theodorico Sto Salisburgen. Ecclæ Archiepo Apostolicæ Sedis Legato &c: per Rmum D. Dñum Franciscum Wennium Ordinis Seruorum B. MV. Epum Scalensem et Rauellensem, prælibati Dñi Archiepi Suffraganeum consecratum est, ad gliam et Reuerentiam Sctissimæ et indiuiduæ Trinitatis, Bttissimæq; Dei Genitricis Mariæ, Specialiter autem in honore Sctorum Apstorum Petri et Pauli, ac Sctor. Confessorum atq; Pontificum Ruperti et Amandi cum ossa incorrupta maiori ex